

## ADDENDA.

- V. 966. Eandem locutionem usurpavit etiam Euripides Iph. A. 856.  
 Χαῖρε, οὐ γὰρ ὁρθοῖς ὅμιλοισιν σ' ἔτ' εἰσορχῶ. Paullo diversus est loci Sophoclei *Œd.* T. 528. sensus, Ἐξ ὅμιλοτων δ' ὁρθῶν τε πάξ ὁρθῆς φρενός. diversus etiam Ovidiani *Nusquam recta acies.* Pro *intrepido vultu* occurrit apud Lucanum IX. 904. *Qui potuere pati radios et LUMINE RECTO Sustinuere diem,* quem nimis serviliter imitatur Claudianus Præf. ad III. Consulat. Honorii. *Et RECTO flamas imperat ore pati.* Hæc addas iis, quæ vir summus Bentleius congettus ad Horat. Carm. I. 3. 18. Quod ibi Hesychio restituit, ἀτάξικτον quamproxime habet codex unicus a Schowio collatus. Citat quidem Albertus ἀταρθότοις προσώποις ex Empedocle apud Plutarch. de Defectu Orac. p. 400. B. quæ verba si Wyttenbachius a prosa oratione separasset, et sic edidisset, Ἀνταυγεῖν πρὸς Ολυμπον ἀταξικτοῖς προσώποις, alios nescio; ego certe non irasperer.
1149. Rem tritam nimis et vulgarem fortasse quibusdam annotare videbor; ἀλλ' ὅμιλος εἰρήσεται. Scilicet in ipsis Grammatices elementis docemur, *neutra pluralia verbo singulari gaudere*, mox vero hanc regulam complures exceptiones admittere. Quantum equidem judicare possum, veteres Attici hanc licentiam, si scilicet licentia appellanda est, ut plurale verbum neutri plurali subjicerent, nunquam usurpabant, nisi ubi de animantibus ageretur. Sed si plurale verbum sine discrimine adhibere licuisset, an credibile est tam commoda licentia tam raro abusuros? Occurrerent tum, opinor, plurima hujus usus exempla, quæ per metrum refingere nullo modo possemus. Nunc pauca ea, quæ occurrunt, generalem regulam singulari sua ratione stabilient potius, quam convellunt. Recte dixit Euripides Herc. F. 47. τέννα μὴ θάνως. Recte etiam legimus in Aristoph. Acharn. 805. Ἐνεγκάτω τις ἐνδοθεν τῶν ἰσχάδων Τοῖς χορεύδοισιν. ἀρά τρώξονται; Βασιλί, Οἶον ροθιάζουσ', ὃ πολυτίμονθ' Ήγάπεις. Ποδαπὰ τὰ χοιρί; ὡς Τραγασταῖα φαίνεται. Ἄλλ' οὐχὶ πάσας πατέτραγον τὰς ἰσχάδας. Ubi per metrum legere posses, τρώξεται et πατέτραγεν, ροθιάζει legere non posses. Eupolis apud Herodianum in Villoisoni Anecdota T. II. καὶ λέγοντοι γε τὰ μετάνια προστάμενα τοῖς ἀνδράσιν. In Plut. 833. ἀπέλιπτον vel ἐπέλιπτον habent quidam codices, male quod ad numerum attinet; sed metro non minus convenienter. At in Eccles. 839. omnes editiones